

Handwritten text, possibly a signature or name, in cursive script.

Casa	
Gab.	R
Est.	
Tab.	28
N.º	4

R
28
4

R

QVINTI HORATII FLACCI
VENVSINI CARMINVM LIBER
PRIMVS AD MECOENATEM.



m Ecœnas Atauis edite regibus;
O & præsidium & dulce decus meum.
Sunt quos curriculo puluerẽ olympicum
Collegisse iuuat: moetaq; feruidis

*olympicus - nam apud grecos quatuor quatuor
annis iudi olympici celebrantur: unde iudi-
tus olympicus dicitur.*

E uitata rotis palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc si nobilium turba Quiritium
Certe ter geminis tollere honoribus:
Illum si proprio condidit horreo:
Quicquid de libycis uerritur areis.
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros: attalicis condicionibus
Nunquam dimoueas: ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
Luctantem Icaris fluctibus Africum
Mercator metuens otium & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas indocilis pauperiem pati.
Est qui nec ueteris pocula Massici
Nec partem solido demere de die
Spernit: nunc uiridi membra sub arbuto
Stratus: nunc ad aquæ lene caput sacrae.
Multos castra iuuant: & lituo rubæ
Permixtus sonitus: bellaque matribus
Detestata. manet sub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor:
Seu uisa est catulis cerua fidelibus:
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.



*Nit phibitum
Da Livraria de S. Marcos.*

Me doctarum hederæ præmia frontium
D iis miscent superis .me gelidum nemus :
N ympharumque leues cum satyris chori
S ecernunt populo : si neque tibus
E uterpe cohibet : nec Polyhymnia
L esboum refugit tendere barbiton .
Q uod si me lyricis uatibus inseris :
S ublimi feriam sydera uertice .

Proseuſtice tetracos ad Augustum

i Am satis terris niuis atque diræ
 Grandinis misit pater : & rubente
D extera sacras iaculatus arces
T erruit urbem .
T erruit gentes graue ne rediret
S æculum pyrrhæ noua monstra questæ :
O mne cum Proteus pecus egit altos
V isere montes .
P iscium & summa genus hæsit ulmo :
N ota quæ sedes fuerat columbis .
E t superiecto pauidæ natarunt
A equore damæ .
V idimus flauum Tyberim retortis
L ittoꝛe ethrusco uiolenter undis :
I re deiectum monumēta regis :
T emplaque Vestæ .
I liæ dum se nimium querenti
I acat ultorem uagus : & sinistra
L abitur ripa Ioue non probante
V xorius aninis .
A udiēt ciues acuisse ferrum :
Q uo graues Persæ melius perirent .
A udiēt pugnas uitio parentum

Rara iuuentus .

Quem uocet diuum populus ruentis

Impeii rebus : prece qua fatigent

Virgines sanctæ minus audientem

Carmina Vestam :

Cui dabit partes scelus expiandi

Iuppiter : tandem uenias precamur

Nube cadenti humeros amictus

Augur Apollo .

Sive tu mauiis Ericina ridens

Quam iocus circumuolat & cupido

Sive neglectum genus & nepotes

Respicis auctor .

Heu nimis longo facietate ludo :

Quem iuuat clamor galeæq; leues

Acer & Mauri peditis cruentum

Vultus in hostem .

Sive mutata iuuenem figura

Ales in terris imitaris . almæ

Filius Maïæ patiens uocari

Cæsaris ultor .

Seruis in cælum redeas : diuque

Lætus intersis populo Quirini :

Noue te nostris uitis iniquum

O cior aura

Tollat . hic magnos potius triumphos

Hic ames dici pater atque princeps .

Noue sinas Mædos equitare inultos

Teduce Cæsar .

Naem prosequitur : qua Virgilius Athenas uehe
batur . prosphonetice dicolos .

s Ic te diua potens Cypri
 Sic fratres helenæ : lucida sydera,
V entorumq; regat pater :
O bstrictis aliis præter Iapyga :
N auis : quæ tibi creditum
D ebes Virgilium finibus Atticis
R eddas incolumem precor .
E t serues animæ dimidium meæ .
I lli robur & æs triplex
C irca pectus erat : qui fragilem truci
C ommisit Pelago ratem
P rimus , nec timuit præcipitem Africum
D ecertantem aquilonibus :
N ec tristes Hyadas : nec rabiem Noti
Q uo non arbitrer Adriæ
M aior tollere : seu ponere uult freta.
Q uem mortis timuit gradum :
Q ui siccis oculis monstra natantia :
Q ui uidit mare turgidum : &
I nfames scopulos Acroceraunia ?
N equicquam deus ascidit :
P rudens oceano dissociabili
T erras : si tamen impiæ
N on tangenda rates transiliunt uada ?
A udax omnia perpeti
G ens humana ruit per uetitum nefas .
A udax Iapeti genus
I gnem fraude mala gentibus intulit .
P ost ignem ætheria domo
S ubductum , macies & noua febrium
T erris incubuit cohors .
S emotiq; prius tarda necessitas
L æti corripuit gradum .
E xpertus uacuum est Dædalus æra

Pennis non homini datis :
Perrupit Acheronta herculeus labor :
Nil mortalibus arduum est .
Cælum ipsum petimus stulticia :
Neque per nostrum patimur scelus
Iracunda Iouem ponere fulmina .

Paranetice ad Sextium de uerno tempore .

s Oluit acris hyems grata uice ueris & fauoni :
Trahuntque siccas machinæ carinas :
Ac neq; iam stabulis gaudet pecus : aut arator igni :
Nec prata canis albicant pruinis .
Iam Cytherea choros ducit Venus iminente luna .
Iunctaque Nymphis Gratia decet
Aeterno terram q̄tiunt pede : dū graues cyclosum
Vulcanus ardens urit officinas .
Nunc decet aut uiridi nitidū caput ipedire myrto
Aut flore : terræ quem ferunt solutæ .
Nunc & in umbrosis Fauno decet immolare lucis .
Seu poscat agnam : siue malit hædo .
Pallida mors æquo pulsat pede paupum tabernas :
Regumque turres . o beate Sexti
Vitæ summa breuis sp̄e nos uetat inchoare longā :
Iam te premet nox : fabulæque & manes :
Et domus exilis Plutonia : quo simul mearis .
Nec regna uini sortiēre talis .
Nectenerum lycidam mirabere : quo calet iuuētus
Nunc omnis . & mox uirgines tepebunt .

Prophetice tetracos ad Purrham : quæ
forma sua eum capere solebat .

q Vis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
G rato pyrrha sub antro:
C ui flauam religas comam
S implex munditiis: heu quotiens fidem:
M utatosque deos flebit: & aspera
N igris æquora uentis
E mirabitur insolens.
Q ui nunc te fruitur credulus aurea:
Q ui semper uacuum: semper amabilem:
S perat nescius auræ
F allacis: miseri quibus
I ntemptata nites .me tabula facer
V otiuâ paries indicat Vuida
S uspendisse potenti
V estima maris deo.

Prosphontice tetracos ad Ipsanum Agrippam.

s Cribaris Vario fortis & hostium
Victor Maxonii carminis alite:
Q uam rem cunque ferox nauibus aut equis
M iles te duce gesserit.
N os Agrippa neq; hæc dicere: nec grauem
P elidæ stomachum cedere nescii:
N ec cursus duplices per mare Vlyssæi
N ec læuam Pelopis domum:
C onamur tenues grandia: dum pudor
I mbellis que lyrae musa potens uetat
L audes egregii Cæsaris & tuas
C ulpa deterere ingenii.
Q uis Martem tunica tectum adamantina
D igne scripserit: aut puluere troico
N igrum Merionen: aut ope Palladis

Tytiden superis parem?
Nos conuiuia nos praelia uirginum
Sectis in iuuenes unguibus acrium
Cantamus uacui: siue quid urimur
Non praeter solitum leues.

Paranetice dicolos Munatio Planco

I Audabunt alii clara Rhodon: aut Mitylenen
Aut Epheson bimarisque Corinthi
Moenia. uel Baccho Thebas: uel Apolline delphos
Insignes aut Thessala tempe.
Sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem
Carminibus perpetuo celebrare: &
Vndique decerptam fronti praeponebat oliuam.
Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos ditisque Mycenae.
Mene tam patiens Lacedaemon
Nec tam Larissae percussit campus optima:
Quam domus Albunae resonantis
Et praecipue Anio & Tiburti lucus & uada
Mobilibus pomeria riuis.
Albus ut obscuro deterget nubila caelo
Saepe notus: neque parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam uitaeque labores
Molli Plance mero: seu te fulgentia signis
Caela tenent: seu densa tenebit
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
Cum fugeret: tamen uada Lyxo
Tempora populea fertur uinxisse corona
Sic tristes affatus amicos.
Quo nos cumque feret melior fortuna parente:
Ibimus o socii comitesque.

N il desperandum Teucro duce & auspice Teucro:
C ertus enim promisit Apollo
A mbiguam tellure noua Salamina futuram:
O fortes peioraque passi
M ecum sæpe uiri: nunc uino pellite curas:
C ras ingens iterabimus æquor.

A d Lydiam meretricem Erotice dicolos.

I Y dia dic per omnes
T e deos oro: Sibarim cur properas amando
P erdere: cur apricum
O derit campum patiens pulueris atq; solis:
C ur neque militares
I nter æquales equitat: gallica nec lupatis
T emperat ora frænis:
C ur timet flauum Tyberim tangere: cur oliuum
S anguine uiperino
C autius uirat: neque iam liuida gestat armis
B rachia sæpe disco
S æpe trans finem iaculo nobilis expedito:
Q uid latet: ut marinæ
F ilium dicunt Thetidis sub lachrymosa Troyæ
F unera: ne uirilis
C ultus in cædem & lycias proriperet cateruas.

P aranetice tetracolos ad Taliarchum puerum

u. Ides ut alta stet niue candidum
S oracte: nec iam sustineant onus
S iluæ laborantes: geluque
F lumina constituerint acuto:
D issolue frigus: ligna super foco
L arge reponens: atque benignius

D eprome quadrimum fabina
O Taliarche merum diota:
P ermitte diuis cætera : qui simul
S trauere uentos æquore feruido
D epræliantes : nec cupressi
N ec ueteres agitantur orni .
Q uid sit futurum cras : fuge quærere : &
Q uem sors dierum cunque dabit : lucro
A ppone . nec dulces amores
S perne puer : neque tu choreas
D onec uirenti canicies abest
M orosa . nunc & campus : & aræ
L enesque sub noctem susurri :
C omposita repetantur hora .
N unc & latentis proditor intimo
G ratus puellæ risus ab angulo
P ignusque direptum lacertis
A ut digito male pertinaci .

H ymnus Mercurio tetracolos

m Ercuri facunde nepos Atlantis
Q ui feros cultus hominum recentum
V oce formasti : catus & decoræ
M ore palæstræ .
T e canam magni Iouis & deorum
N uncium : curuæque lyræ parentem
C allidum quicquid placuit iocoso
C ondere furto .
T e boues olim nisi reddidisses
P er dolum amotas : puerum minaci
V oce dum terret uiduus pharetra
R isit Apollo .
Q uin & Atridas duce te superbos

Ilio diues Priamus relicto
Thesalofque ignes & iniqua Troia
Caela fefellit.
Tu pijs latis animas reponis
Sedibus: uirgaque leuem coeres
Aurea turbam superis deorum
Gratus & imis.

Pragmatice monocolos ad Leuconoem sua
dens ei omittendam mathematicam

Vne quaeris scire nephas: quē mibi quē tibi
Finem dii dederint Leuconoe. nec babylonios
Temptaris numeros: ut melius quicquid erit pati:
Seu plures hyemes seu tribuit Iuppiter ultimam:
Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum: sapias: uina liques: & spatio breui
Spem longam reseces dum loquimur: fugerit inuida
Aetas: carpe diem: quam minimū credula postero

Prosphonetice tetracolos Hymnus de laudibus
deorum atque hominum.

*enem illud est qualem sumo respicere
est hymnus in quo debet esse quem de
im equon uel homine affirmandum
dicitur.*

Veni uirum aut heroa lyra uel acri
Tibia sumis celebrare Clio
Quem deum: cuius recinit iocosa
Nomen imago.
Aut in umbrosis heliconis oris:
Aut super Pindo gelidoue in Hemo:
Vnde uocalem temere insecuta
Orphea siluae.
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus: celeresque uentos
Blandum & auritas fidibus canoris

aduenendum
Ducere quercus.
Quid prius dicam: solitis parentum
Laudibus: qui res hominum ac deorum:
Qui mare & terras uariisque mundum
Temperat horis.
Vnde nil maius generatur ipso:
Nec uiget quicquam simile aut secundum:
Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores.
Præliis audax: neque te silebo
Liber: & sæuis inimica uirgo
Belluis: nec te metuende certa
Phoebe sagitta.
Dicam & Alciden puerosque Ledæ:
Hunc equis: illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit:
Defluit laxis agitatus humor
Concidunt uenti: fugiuntque nubes:
Et minax: quod sic uolueret: ponto
Vnda recumbit.
Romulum post hos prius an quietum
Pompili regnum memorem: an superbos
Tarquini fasces: dubito an Catonis
Nobile loetum:
Regulum & scauros: animæque magnæ
Prodigum paulum superante poeno:
Gratus insigni referam camoena
Fabriciumque.
Hunc & incomptis Curium capillis:
Vtilem bello tulit & Camillum
Sæua paupertas: & auitus apto
Cum lare fundus.
Crescit occulto uelut arbor auro

Fama Marcelli .micat inter omnes
Iulium sydus uelut inter ignes
Luna ^{.i. minoris stellae} minores .
Gentis humanae pater atque custos
Orte Saturno tibi cura magni
Caesaris fati data: tu secundo
Caesare regnes .
Ille seu parthos latio imminentes
Egerit iusto domitos triumpho:
Sive ^{.i. subiectos} subiectos orientis orae
Seras & Indos.
Te minor latum reget aequus orbem:
Tu graui curru quates olympum:
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis .

*seras populos sunt
orientales*

Erotice dicolos distrophos ad Lydiam de Telepho

c Vm tu Lydia Telephi
Ceruicem roseam: cerea Telephi
Laudas brachia: uae meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi nec color
Certa sede manet: humor & in genas
Furtim labitur: arguens
Quam lentis penitus macerer ignibus.
Vror: seu tibi candidos
Turparunt humeros immodice mero
Rixae: siue puer furens
Impressit memorem dente labris notam:
Non si me satis audias:
Speres perpertuum dulcia barbare
Ludentem oscula: quae Venus
Quinta parte sui nectaris imbuat .

*causae est quale illud sicut myna potius
ripit ad hunc conquisitorum quibus
lephum sibiproprietat*

*oscula dulcia .i. labra
dulcia*

Felices ter & amplius:

Quos irrupta tenet copula: nec malis

Diuisus querimoniis

Suprema citius soluet amor die.

illi sunt felices

Ad nauem Bruti.

O Nauis referent in mare te noui

Fluctus: o quid agis: fortiter occupa

Portum: non ne uides: ut

Nudum remigio latus

Et malus celeri saucius africo

Antemnaeque gemant: ac sine funibus

Vix durare carinae

Posint. imperiosius

Aequor. non tibi sunt integra lintea

Non dii: quos iterum pressa uoces malo:

Quanus pontica pinus

Siluae filia nobilis

Laetes & genus & nomen inutile.

Nil pictis timidus nauita puppibus

Fidit. tu nisi uentis

Debes ludibrium: caue.

Nuper sollicitum quae mihi tedium:

Nunc desiderium: curaque non leuis

Interfusa nitentes

Vites aequora cycladas.

Hypothetice tricolos tetraastrophos.

p Astor quum traheret per freta nauibus

Idaeis Helenen perfidus hospitam:

Ingrato celeres obruit otio

Ventos: ut caneret fera

Nereus fata. mala ducis aui domum
Quam multo repetet græcia milite:
Coniurata tuas rumpere nuptias:
Et regnum Priami uetus.
Heu heu quantus equis quantus adest uiris
Sudor. quanta moues funera dardaniæ
Genti. iam galeam Pallas & ægida
Currusque: & rabiem parat.
Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectus cæsariem: grataque foeminis
Imbelli cithara carmina diuides.
Nequicquam thalamo graues
Hætas: & calamispicula gnofii
Vitabis: strepitusque & celerem sequi
Aiacem. tamen heu serus adulteros
Crines puluere collines.
Non laertiaden exitium tuæ
Gentis: non pylum Nestora respicis:
Vrgent impauidi te Salaminus
Teucer & Sthenelus sciens
Pugnæ siue opus est imperitare equis
Non auriga piger: Merionen quoque
Nosces: ecce furit te reperire atrox
Tytides melior patre:
Quem tu ceruus uti uallis in altera
Vifum parte lupum graminis immemor
Sublimi fugies mollis anhelitu
Non hoc pollicitus tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio
Matronisque phrygum classis Achillei
Post certas hyemes uret achaicus
Ignis Iliacas domos.

Palinodia ad Gratidian Tyndaridem.

8
o Matre pulchra filia pulchrior
Quem criminosis cunq; uoles modum
Pones iambis: siue flamma
Siue mari libet Adriano:
Non Dindymenæ non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius:
Non liber æque: non acuta
Sic geminant corybantes æra:
Tristes ut iræ: quas neq; Noricus
Deterret ensis: nec mare naufragum:
Nec sæuus ignis: nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.
Fertur Prometheus addere principi
Limo coactus particulam undique
Defectam: & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.
Ira Thyesten exitio graui
Strauere: & altis urbibus ultimæ
Stetere causæ: cur perirent
Funditus: imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus intolens.
Compesce mentem: me quoque pectoris
Temptauit in dulci iuuenta
Feruor: & in celeres iambos
Misit furentem. nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia: dum mihi
Fias recantatis amica
Obprobriis: animumq; reddas.

Paranetice ad Tyndarida agri Sabini laus
& montis Lucretilis.

u Elox amoenum sæpe lucretilem
Mutat Iuæo Faunus: & igneam

D efendit æstatem capellis
V. s que meis pluuiosque uentos.
I mpune tutum per nemus arbutos
Q uærunt latentes & thyma deuixæ
O lentis uxores mariti:
N ec uirides metuunt colubros
N ec martiales hædilia lupos
V t cunq; dulci tyndari fistula
V alles: & Vsticæ cubantis
L æuia personuere saxa.
D ii metuentur: diis pietas mea
E t musa cordi est. hinc tibi Copia
M aq̄abit ad plenum benigno
R uris honorum opulenta cornu.
H ic in reducta ualle caniculæ
V itabis æstus: & fide Teia
D ices laborantes in uno
P enolopen uitreamq; Circen:
H ic innocentis pocula lesbii
D uces sub umbra: nec Semeleius
C um marte confundet Thyoneus
P rælia: nec metues proteruum
S uspecta Cyrum: ne male dispari
I ncontinentis iniiciat manus:
E t scindat hærentem coronam
C rinibus: immeritamq; uestem.

Paranetice monocolos ad Quintilium Varum
summam dicens uini sed cum modo uoluptatem.

n Vllam Vare sacra uitæ prius seueris arborē
Circæ site solū Tyburis & moenia Cathili.
Siccis omnia nam dura deus proposuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

Q uis post uina grauem militiã aut paupiẽ icrepat:
Q uis nõ te potius Bacche pater:teq; decẽs Venus:
A t nequis modici transfiliat munera liberi
C entaurea monet cum lapithis rixa super mero
D ebellata:monet sithoniis non leuis Euius
C um fas atque nefas exiguo fine libidinum
D iscernunt auidi .non ego te candide Bassareu
I nuitum quatiam:nec uariis obsita frondibus
S ub diuum rapiam:saeva tene cum Berecintio
C ornu tympana quæ subsequitur cæcus amor sui
A ttollens uacuum plus nimio gloria uerticem
A rchanique fides prodiga perlucidior uitro.

Erotice dicolos·Glyceræ dicit se repetere amo
rem consilio Veneris ac Liberi.

m Ater saeva cupidinum:
Thebanæque iubet me Semelæ puer
E t lasciuia licentia
F initis animum reddere amoribus.
V rit me Glyceræ nitor
S plendentis pario marmore purius:
V rit grata proteruitas:
E t uultus nimium lubricus aspici.
I n me tota ruens Venus
C yprum deseruit:nec patitur scythas
E t uersis animosum equis
P arthum dicere :nec quæ nihil attinent.
H ic uiuum mihi cespitem:hic
V erbenas pueri ponite thuraque:
B imi cum patera meri.
Mactata ueniet lenior hostia.

Prosphonetice Meccoenati quem inuitat ad coenam.

u Ille potabis modicis Sabinum
 Cantharis: græca quod ego ipse testa
C anditum leui :datus in theatro
C um tibi plausus.
C are Mecoenas eques :& paterni
F luminis ripæ : simul & iocosa
R edderet laudes tibi Vaticani
M ontis imago.
C ecubum & proelo domitam caloëno
T u bibes uuam .mea nec falernæ
T emperant uites :neque formiani
P ocula colles .

H ymnus ad chorum uirginum & puerorum
de Diana & Apolline .

d Ianam teneræ dicite uirgines
 Intonsum pueri dicite Cynthium
L atonamque supremo
D ilectam penitus Ioui.
V os lætam fluuiis & nemorum comæ
Q uæcunque aut gelido prominet algido
N igris aut Erymanti
S iluis . aut uiridis Gragi .
V os tempe totidem tollite laudibus
N atalemque mares Delon Apollinis
I nsignemque pharetra.
F raternaque humerum lyra :
H ic bellū lachrymosum :hic miseram famē
P estemque a populo & principe Cæsare in
P ersas atque britannos
V estra motus aget prece .

A d Aristium Fuscum Laus innocentix .

i Nteger uitæ scelerisq; purus
 Non eget mauri iaculis neque arcu
Nec uenenatis grauida sagittis
Fulce pharetra .
Sive per syrtis iter æstuosas .
Sive facturus per inhospitalem
Caucasum : uel quæ loca fabulosus
Lambit hydaspes .
Namq; me silua lupus in sabina :
Dum meam canto Lalagen : & ultra
Terminum curis uagor expeditis:
Fugit inermem .
Quale portentum neq; militaris
Daunia latis alit æsculetis
Nec Iubæ tellus generat leonum
Arida nutrix .
Pone me pigris ubi nulla campis
Arbor æstiuæ recreatur aura
Quod latus mundi nebulae malusque
Iuppiter urget .
Pone sub curru nimium propinqui
Solis: in terra domibus negata
Dulce ridentem Lalagen amabo.
Dulce loquentem :

Ad Chloen fugientem se quam ad matrimonium
hortatur .

u Itat hinuleo me similis Chloë
 Quærenti pavidam monitibus auis
Matrem: non sine uano auraræ & siluæ metu
Nam seu mobilibus ueris inhorreat
Aduentus foliis: seu uirides rubum
Dimouere lacertæ .

E t corde & genibus tremit :
A t qui non ego te Tigris ut aspera :
G etulusue leo frangere persequor .
T andem desine matrem
T empestiua sequi uiro .

T renos in Quintilium a Virgilio amatum .

q Vis desiderio sit pudor aut modus
Tam cari capitis præcipe lugubris
C antus Melpomene: cui liquidam pater
V ocem cum Cithara dedit .
E rgo Quintilium perpetuus sopor
V rget: cui pudor & iusticiæ soror
I ncorrupta fides :nudaq; ueritas
Q uando ullum inueniet parem ?
M ultis ille bonis flebilis occidit .
N ulli flebilior quam tibi Virgili .
T u frustra pius .heu non ita creditum
P oscis Quintilium deos.
Q uod si threicio blandius Orphea
A uditam moderere arboribus fidem:
N um uanae redeat sanguis imagini ?
Q uam uirga semel horrida
N on lenis precibus fata recludere
N igro compulerit Mercurius gregi ?
D urum .sed leuius sit patientia :
Q uicquid corrigere est nefas .

Exprobratio in meretricem Lydiam de superbia
ipsius .

p Arcius iunctas quatiunt fenestras
lactibus crebris iuuenes proterui
N ec tibi somnos adimunt :amatque

I anualimen :

Quæ prius multum faciles mouebat

Cardines audis minus & minus iam

Metuo longas pereunte noctes

Lydia dormis.

Inuicem moechos anus arrogantes

Flebis in solo leuis angiportu

Thracio bacchante magis sub inter

Lunia uento.

Cum tibi flagrans amor & libido :

Quæ solet matres furiare equorum

Sæuiet circa iecur ulcerosum

Non sine questu :

Læta quod pubes hedera uirenti

Gaudeat pulla : magis atque myrto

Aridas frondes hyemis sodali

Dedicet hebro.

Ad Musas de Aelio Lamia.

Uis amicus tristitiam & metus

Tradam proteruis in mare creticum

Portare uentis : quis sub arcto

Rex gelidæ metuatur oræ.

Quid Tirydaten terreat unice

Securus : o quæ fontibus integris

Gaudes : apricos nocte flores :

Noctæ meo Lamix coronam

Piæ dulcis : nil sine te mei

Profunt honores : hunc fidibus nouis

Hunc lesbio sacrare plectro

Teque tuasque decet sorores.

Ad conuiuas sodales suos de hilaritate.

n Atis in usum lætitiæ scyphis
 Pugnare thracum est : tollite barbarum
Morem : uerecundumq; Bacchum
Sanguineis prohibete rixis :
Vino & lucernis medus Acinacis :
Immane quantum discrepat impium
Lenite clamorem sodales :
Et cubito remanete presso :
Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni : dicat Opuntia
Fater Megillæ quo beatus
Vulnere : qua pereat sagitta .
Cessat uoluntas . non alia bibam
Mercede . quæ te cunque domat Venus
Non erubescendis adurit
Ignibus ingenuoque semper
Amore peccas . quicquid habes age
Depone tutis auribus . ah miser
Quanta laborabas Charybdi
Digne puer meliore flamma .
Quæ saga quis te soluere Thessalis
Magus uenenis ? quis poterit deus ?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra .

A d Archytam philosophum genere tarentinum
arte geometram expulsum naufragio .

t E maris & terræ numeroq; carentis harenæ
 Mensorem cohibent Archyta
Pulueris exigui prope littus parua Matinum
Munera nec quicquam tibi prodest
Aerias temptasse domos : animoq; rotundum
Percurrisse polum morituro .

O ccidit & Pelopis genitor conuiuia deorum.
T ithonusque remotus in auras.
E t Iouis arcanis Minos admissus, habentq;
T artara Panthoiden iterum orcho
D emissum, quanuis clypeo troiana refixo
T empora restatus: nihil ultra
N eruos atque cutem morti concesserat atræ.
I udice te non sordidus auctor
N aturæ ueriq; .sed omnes una manet mors:
E t calcanda semel uia loeti.
D ant alios furia toruo spectacula Marti
E xitio est auidum mare nautis;
M ixta senū ac iuuenum desentur funera: nullū
S æua caput Proserpina fugit:
M e quoq; deuexi rapidus comes Orionis
I llyricis notus obruit undis.
A t tu nauta uagæ ne parce malignus harenæ
O sibus & capiti inhumato
P articulam dare .sic quodcūq; minabitur Eurus
F luctibus hesperiis: Venusinæ
P lectantur siluæ te sospite .multaque merces
V nde potest tibi defluat æquo
A b Ioue Neptunoq; sacri custode Tarenti:
N egligis: immeritis nocituram
P ost modo te natis .fraudem cōmittere fors &
D ebita iura uicesque superbæ
T e maneant ipsum: precibus nō liquar iultis
T eq; piacula nulla resoluent.
Q uanquam festinas: nō est mora longa: licebit:
I niecto ter puluere curras.

H iccium alloquitur a philosophia ad militiam
conuersum.

i Cci beatis nunc arabum inuides
Gazis : & acrem militiam paras
N on ante deuictis Sabææ
R egibus horribiliq; medo
N ectis cathænas . quæ tibi uirginum
S ponso necato barbara seruiet :
P uer quis ex aula capillis
A d cyathum statuetur unctis :
D octus sagittas tendere sericas
A rcu paterno : quis neget arduis
P ronos relabi posse riuos
M ontibus : & thyberim reuerti :
C um tu coemptos undique nobiles
L ibros Paneti socraticam & domum
M utare loricis hiberis
P ollicitus meliora tendis .

E uctice dicolos tetraſtrophos ad Venerem pro
Glycera meretrice.

o Venus regina Gnidi Paphiq;
Sperne dilectam Cypron : & uocantis
T hure te multo glyceræ decoram
T ransfer in ædem :
F eruidus tecum puer : & solutis
G ratix zonis : properentq; nymphæ
E t parum comis sine te iuuentas
M ercuriusque .

T ricolos tetraſtrophos ad Apollinem.

q Vid dedicatum poſcit Apollinem
Vates : quid orat de patera nouum
F undens liquorem : non opimæ

S ardinia segetes feraces .
N on æstuolæ grata calabria
A rmenta : non aurum aut ebur indicum
N on rura : quæ lyris quieta
M ordet aqua taciturnus amnis .
P remant caloena falce quibus dedit
F ortuna uitem : diues & aureis
M ercator exiccet culullis
V ina : syra reparata merce .
D iis carus ipsis quippe ter & quater
A nno reuilens æquor atlanticum
I mpune . me pascunt oliuæ
M e cicorea leuesque maluæ
F rui paratis & ualido mihi
L atoe dones ac precor integra
C um mente : nec turpem lenectam
D egere : nec cithara carentem .

P rophontice dicolos tetraïtrophos ad Lyram
de carminibus suis .

p Oscimur : si quid uacui sub umbra
L usimus tecum : quod & hunc in annum
V iuat : & plures : age dic latinum
B arbite carmen .
L esbio primum modulatè ciui :
Q ui ferox bello : tamen inter arma :
S iue iactatam religarat udo
L ittoze nauem .
L iberum & musas Veneremq; & illi
S emper hærentem puerum canebat
E t Lycum nigris oculis nigroq;
C rine decorum .
O decus Phoebi & dapibus supremi

G rata testudo Iouis : o laborum
D ulce lenimen mihi cunq; salue
R ite uocanti .

P araneticè dicolos tetraastrophos ad Albinum Ti
bullum consolatur dolētem quod negligat a scorto.

a Lbi ne doleas plus nimio : memor
I mmitis glyceræ : neu miserabiles

D ecantes elegos : cur tibi iunior

L æda præniteat fide .

I nsignem tenui fronte lycorida

C yri torret amor : Cyrus in asperam

D edinat Pholoen : sed prius apulis

I ungentur capræ lupis :

Q uam turpi pholoe peccet adultero .

S ic uisum Veneri : cui placet imparis

F ormas : atq; animos sub iuga ahenea

S æuo mittere cum ioco .

I psum me melior cum peteret Venus :

G rata detinuit compede myrtale

L ibertina : fretis acrior Adriæ

C uruantis calabros sinus .

Ad se ipsum & ad fortunam tricolos tetraastrophos.

p Arcus deorum cultor & infrequens
I nsanientis dum sapientiæ

C onsultus erro . nunc retrorsum

V ela dare : atque iterare cursus .

C oger relictos . nanq; diespiter

I gni coruscò nubila diuidens

P lærunq; per purum tonantis

E git equos uolucremq; currum .

Q uo bruta tellus & uaga flumina
Q uo styx & inuisi horrida Tænari
S edes atlanteusque finis
C oncutitur : ualet ima summis
M utare: & insignem attenuat deus
O bscura promens hinc apicem rapax
F ortuna cum stridore acuto
S ustulit : hic posuisse gaudet .

A d fortunam proseuctice tricolos tetraastrophos .

o Diua gratum quæ regis Antium
Præsens uel imo tollere de gradu
M ortale corpus: uel superbos
V ertere funeribus triumphos .
T e pauper ambit sollicita prece
R uris colonus : te dominam æquoris
Q uicunq; bichyna laceffit
C arpathium pelagus carina:
T e dacus asper : te profugi scythæ
V rbesq; gentesque & latium ferox
R egumque matres barbarorum : &
P urpurei metuunt tyranni :
I niurioso ne pede proruas
S tantem columnam : neu populus frequens .
A d arma cessantes ad arma
C oncitet: imperiumq; frangat :
T e semper anteit serua necessitas :
C lauos trabales & cuneos manu
G estans ahena nec seuerus
V ncus abest liquidumq; plumbum .
T e spes & albo rara fides colit
V elata panno : nec comitem abnegat :
V t cunq; mutata potentes

Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum & meretrix retro
Pariura cedit, diffugiunt cadis
Cum face siccatis amici
Ferre iugum pariter dolosi.
Serues iturum Cæsarem in ultimos
Orbis britannos: & iuuenum recens
Examen: eois timendum
Partibus oceanoq; rubro.
Heu cicatricum & sceleris pudet
Fratrumq;: quid nos dura refugimus
Aetas quid in tactum nefasti
Liquimus: unde manus iuuentus
Metu deorum continuit: quibus
Percit aris: o utinam noua
Incude diffingas retusum
In massagetis arabasq; ferrum:

Eucharistice dicolos distrophos Ad Numidam
Lamiam redeuntem

e T thure & fidibus iuuat
 Placare & uituli sanguine debito
Custodes Numidæ deos.
Qui nunc hesperia sospes ab ultima
Caris multa sodalibus
Nulli plura tamen diuidit oscula
Quam dulci lamia: memor
Aetæ non alio rege puericiæ
Mutatæq; simul togæ:
Cressa ne careat pulchra dies nota:
Neu promptæ modus amphoræ:
Neu morem in salium sit requies pedum:
Neu multi damalis meri

B assum threicia uincat Amystide
N eu delint epulis rosæ
N eu uiuax apium :neu breue lilium
O mnes in Damalim putres
D eponant oculos :nec Damalis nouo
D iuelletur adultero :
L ascuiis hederis ambitiosior .

P rosphonetice ad sodales Augusti Cæsaris uicto-
riam Alexandrinam de Scribis.

n Vnc est bibendum :nunc pede libero
Pulsanda tellus:nunc saliaribus
O rnare puluinar deorum
T empus erat dapibus sodales.
A nte hac nefas depromere Cæcubum
C ellis auitis :dum capitolio
R egina dementes ruinas
F unus & imperio parabat
C ontaminato cum grege turpium
M orbo uirorum :quidlibet impotens
S perare fortunaq; dolci
E bria.sed minuit furorem
V ix una sospes nauis ab ignibus ;
M entemq; lymphatam mareotico
R edegit in ueros timores
C æsar: ab italia uolantem
R emis adurgens :accipiter uelut
M ollis columbas aut leporém citus
V enator: in campis niualis
H æmonia: daret ut cathænis
F atale monstrum :quæ generosius
P erire quærens :nec muliebriter
E xpauit ensem :nec latentes

C lasse cita raparauit oras :
A ufa & iacentem uisere regiam
V ultu sereno : fortis & asperas
T ractare serpentes : ut atrum
C orpore combiberet uenenum :
D eliberata morte ferocior
S axuis liburnis : scilicet inuidens
P riuata deduci superbo
N on humilis mulier triumpho .

P rosphonetice dicolos tetraastrophos ad puerum
suum pro simplici apparatu conuuii .

p Erficos odi puer apparatus .
Displicent nexæ philyra coronæ
Mitte sectari rosa quo locorum
S era moretur .
S implici myrto nihil ad labores
S edulus curo : neq; te ministrum
D edecet myrtus : neq; me sub arta
V ite bibentem .

Q VINTI HORATII FLACCI
C A R M I N V M L I B E R S E C V N D V S

Pragmatice tetracolos ad Asinium pollionem .

m Otum ex Metello consule ciuicum
Bellique causas : & uitia & modos
Ludumq; fortunæ : grauisq;
Principum amicicias & arma
N ondum expiatis uncta cruoribus :
P ericulosæ plenum opus aleæ

16

T ractas : & incedis per ignes
S uppositos cineri doloso.
P aulum seueræ musa tragoediæ
D esit theatris , mox ubi publicas
R es ordinariis : grande munus
C ecropio repetes cothurno .
I nsigne moestis præsidium reis .
E t consulenti Pollio curiæ
C uilaurus æternos honores
D almatico peperit triumpho :
I am nunc minaci murmure cornuum
P erstringis aures , iam licui strepunt :
I am fulgor armorum fugaces
T erret equos equitumq; uultus :
A udire magnos iam uideor duces
N on indecoro puluere sordidos
E t cuncta terrarum subacta
P ræter atrocem animum Catonis .
I uno & deorum quisquis amicior
A fris inulta cessaret impotens
T ellure : uictorum nepotes
R ettulit inferias Iugurthæ .
Q uis non latino sanguine pinguior
C ampus sepulchris impia prælia
T estatur : auditumq; Medis
H esperiæ sonitum ruinae .
Q uis gurgis : aut quæ flumina lugubris
I gnara belli : quod mare dauniæ
N on decolorauere cædes :
Q uæ caret ora cruore nostro :
S ed ne relictis musa procax iocis
C ææ retractes munera neniae :
M ecum Dionæo sub antro
Q uare modos leuiore plectro .

C

Prosphonetice dicolos tetraastrophos Salustio
Crispo ius liberalitatis extollens .

n Vllus argento color est auaris
Abdito terris inimice lamæ
Crispe Salusti : nisi temperato
Splendeat usu .
Viuet extento Proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni :
Illum ager penna metuente solui
Fama superstes .
Latius regnes auidum domando
Spiricum : quam si libyam remotis
Gadibus iungas . & uterq; poenus
Seruiat uni .
Crescit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit : nisi causa morbi
Fugerit uenis & aquosus albo
Corpore langor .
Reditum Cyri solio phrahaten
Dissidens plebis numero beatorum
Eximit uirtus : populumq; fallis
Dedocet uti
Vocibus : regnum & diadema tutum
Deferens uni propriamq; laurum
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos .

Symbuletice tricolostetraastrophos Delio

a Equam memento rebus in arduis
Seruare mentem non secus in bonis
Abinsolenti temperatam
Laticiamoriture Deli .

S eu moestus omni tempore uixeris:
S eute in remoto gramine per dies
F estos reclinatam bearis
I nteriore nota falerni:
Q uo pinus ingens albaq; populus
V mbram hospitem confociare amant
R amis .quo obliquo laborat
L ympha fugax trepidare riuo:
H uc uina & unguenta & nimium breuis
F lores amoenæ terre iube rosæ:
D um res & ætas & sororum
F ila trium patiuntur atra:
C edes coemptis saltibus & domo
V illaq; flauus quam tyberis lauit
C edes: & exstructis in altum
D iuitiis potietur hæres.
D iues ne prisco natus ab Inacho
N il interest an pauper & infima
D e gente sub diuo moreris:
V ictima nil miserantis horci:
O mnes eodem cogimur: omnium
V ersatur urna: serius ocus
S ors exitura & nos in æternum
E xilium impositura cymbæ.

Ad Xanthiam Phoea dicolos tetraastrophos.

n E sit ancillæ tibi amor pudori
Xanthia phoceu .prius insolentem
S erua Briseis niueo colore
M ouit Achillem:
M ouit Aiace[m] Telamone natum
F orma captiua[m] dominum Tecmessa:
A r[is]it Atrides medio in triumpho

Virgine rapta.
Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo uictore & ademptus Hector
Tradidit fessis leuïora tolli
Pergama grauis :
Nescias an te generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes
Regium certe genus & penates
Moeret iniquos .
Crede non illam tibi de scelestâ
Plebe delectam , neq; sic fidelem
Sic lucro aduersam potuisse nasci
Matre pudenda ,
Brachia & uultum teretisque suras
Integer laudo : fuge suspicari
Cuius octauum trepidauit ætas
Claudere lustrum .

Ode tetracolos per allegoriam non esse properan-
dum ad uirginis osculum . Incertum tamen est :
quem alloquatur . an se ipsum an amicorū aliquē :

nondum subacta ferre iugum ualet
Ceruice : nondum munia comparis
Aequare : nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus :
Circa uirentis est animus tuæ
Campos iuuençæ : nunc fluiuis grauem
Solantis æstum nunc in udo
Ludere cum uitulis salicto
Pregestientis , tolle cupidinem
Immitis uux iam tibi liuidos
Distinguet Autumnus racemos
Purpureo uariis colore .

Iam te sequetur: currit enim ferox
Aetas: & illi quos tibi dempserit:
A pponet annos. iam proterua
F ronte petit Lalage maritum
D ilecta: quantum non Pholoe fugax:
N on Cloris: albo sic humero nitens:
V t pura nocturno renidet
L una mari gnidiusue Giges:
Q uem si puellarum insereres choro:
M ire sagacis fallaret hospites
D iscrimen obscurum solutis
C rinibus ambiguoq; uultu.

P rosphonetice dicolos tetraastrophos ad Septimum

s Eptimi gades aditure mecum: &
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra &
B arbaras syrtis: ubi Maura semper
A estuat unda:
T ibur Argæo positum colono
S it meæ sedes utinam senectæ:
S it modus lassio maris & uiarum
M ilitiæque.
V nde si parca prohibent iniquæ:
D ulce pellitis ouibus Galei
F lumen & regnata petam laconi
R ursa Phalanto.
I lle terrarum mihi præter omnis
A ngulus ridet: ubi non hymeto
M ella decedunt: uiridiq; certat
B aca Venafro:
V er ubi longum tepidasque præbet
I uppiter brumas: & amicus Aulon:
F ertili Baccho minimum falernis

I nuidet uuis .
I lle te mecum locus & beatæ
P ostulant arces: ibi tu calentem
D ebita sparges lachryma fauillam
V atis amici.

Pragmaticæ & prosphonetice dicolos tetraastrophos:
ad Horatium Pompeium consodalem .

o Sæpe mecum tempus in ultimum
Deductæ Bruto militiæ duce

Q uis te redonauit quiritem
D iis patriis italoq; cælo
P ompii meorum prime sodalium ?
C um quo morantem sæpe diem mero
F regi coronatus nitentes
M alobatro syrio capillos .
T ecum Philippos & celerem fugam
S ensi: relicta non bene parmula :
C um fracta uirtus & minaces
T urpe solum tetigere mento .
S ed me per hostes Mercurius celer
D enso pauentem sustulit aere.
T e rursus in bellum resorbens
V nda fretis tulit æstuosis :
E rgo obligatam redde Ioui dapem:
L ongaq; festum militia latus
D epone sub lauru mea: nec
P arce cadis tibi destinatis.
O bliuioso leuia massico
C ibaria exple: funde capacibus
V nguenta de conchis, quis udo
D eproperare apio coronas:
C urat ue myrto ?quem Venus arbitrum

D icet bibendi : non ego sanius
B acchabor Edonis : recepto
D ulce mihi est furere amico .

Profagoreutice in meretricem rapacem ac per
iuram Iuliam Barinam .

u Lla si iuristi tibi peierati
 P oena Barine nocuisset unquam :

D ente si nigro fieres uel uno
T urpior ungui :
C rederem : sed tu simul obligasti
P erfidum uotis caput : enitekcis
P ulchrior multo : iuuenumq; prodis
P ublica cura .

E xpedit matris cineres opertos
F allere : & toto taciturna noctis
S igna cum caelo gelidaq; diuos
M orte carentes .

R idet hoc inquam Venus ipsa : rident
S implices nymphæ : ferus & Cupido
S emper ardentes acuens sagittas
C ote cruenta .

A dde : quod pubes tibi crescit omnis :
S eruitus crescit noua : nec priores
I mpia tectum dominae relinquunt
S æpe minati .

T e suis matres metuunt iuuenis :
T e senes parci : miseræq; nuper
V irgines nuptæ : tua ne retardet
A ura maritos .

V algium consularem amicum consolatur :
Paranetice tetracolos .

n On semper imbres nubibus hilpidos
Manant in agros: aut mare Caspium
V exant inæquales procellæ
Vsq; nec armeniis in oris
A mice Valgi stat glacies iners
Menses per omnes: aut aquilonibus
Q uerceta Gargani laborant:
E t foliis uiduatur orni.
T u semper urges flebilibus modis
M ysten ademptum: nec tibi uespero
S urgente decedunt amores:
N ec rapidum fugiente solem.
A t non ter æuo functus amabilem
P lorauit omnes Antilocum senex
A nnos. nec impubem parentes
T roilon aut phrygiæ sorores
F leuere semper: desine mollium
T andem querelarum: & potius noua
C antemus Augusti trophæa
C æsaris: & rigidum Niphaten
M edumq; flumen gentibus additum
V ictis minore uoluere uertices:
I ntraq; præscriptum Gelonos
E xiguis equitare campis.

A d Licinium Murenum optimum esse me
dium uitæ statum: nec semper magna temptare.
Dicolos tetraastrophos.

r Ectius uiues Licini: neq; altum
Semper urgendo neq; dum procellas
C autus horrescis nimium premendo
L ittus iniquum.
A uream quisquis mediocritatem

Diligit : tutus caret obsoleti
Sordibus tecti : caret inuidenda
Sobrius aula .
Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus : & celsæ grauiore casu
Decidunt turres : feriuntq; summos
Fulgura montes .
Sperat infestis : metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus . informes hyemes reducit
Iuppiter idem
Summouet . non si male nunc & olim
Sic erit . quondam cithara tacentem
Suscitat mulam : nec semper arcum
Tendit Apollo .
Rebus angustis animosus atq;
Fortis appare . sapienter idem
Contrahes uento nimium secundo
Turgida uela .

Ad Quintum Hyrpinum non esse cogitationes
nostras in diuersa mittendas : sed utilitati suæ quen
que consulere . tricolos tetraastrophos .

q Vid bellicosus cantaber & scythes
Hirpine Quinti cogitet : Adria
Diuisus obiecto remittas
Querere : nec trepides in usum
Poscentis æui pauca . fugit retro
Læuis iuuentas & decor arida
Pellente lasciuos amores
Canicie facilemque somnum .
Non semper idem floribus est honor
Vernis : neque uno luna rubens nitet

Omnidius
Summa petit liuor perflant altissima venti
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

Non semp imbres

Vultu quid æternis minorem
Consiliiis animum fatigas?
Cur non sub alta uel Platano uel hac
Pinu iacentes sic temere & rosa
Canos odorati capillos:
Dum licet: assyriaq; nardo
Potamus uncti: dissipat Euius
Curas edaces. quis puer ocus
Rextinguet ardentis falerni
Pocula prættereunte lympha?
Quis deuium scortum eliciet domo
Lyden: eburna dic age cum lyra
Maturet in comptum lacenæ
More comas religata nodum.

Prosphonetice tetracolos ad Meccoenatem non
esse leui carmine res magnas dicendas.

n Olis longa feræ bella Numantiæ:
Nec durum Annibalem nec siculum mare
Poenno purpureum sanguine mollibus
Aptari citharæ modis:
Nec sæuos Lapithas & nimium mero
Hilæum: domitosq; Herculea manu
Telluris iuuenes: unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni ueteris: tuq; pedestribus
Dices historis proelia Cæsaris
Mœcenas melius: ductaq; per uias
Regum colla minantium.
Me dulcis dominæ musa Lyciniæ
Cantus: me uoluit dicere lucidum
Fulgentes oculos: & bene mutuis
Fidum pectus amoribus.

Q uam nec ferre pedem dedecuit choris
N ec certare ioco : nec dare brachia
L uidentem nitidis uirginibus sacro
D ianæ celebris die.
N um tu quæ tenuit diues Achemenes
A ut pinguis phrygiæ Migdonias opes
P ermutare uelis crine Lycinia
P lenas aut arabum domos?
D um flagrantia detorquet ad oscula
C eruicem : aut facili læuicia negat
Q uæ poscente magis gaudeat eripi:
I nterdum rapere occupet.

A d arborem cuius casu poene perierat :

Ille & nefasto te posuit die:

Ex arboris tagrosabina posuit qd sit arboris prima sede. Anul. in

Q uicūq; primum : & sacrilega manu
P roduxit arbos in nepotum
P erniciem obprobriumq; pagi . *Ap. lica ad arborem crucis*
I llum & parentis crediderim sui
F regisse ceruicem : & penetralia
S parlisse nocturno cruore
H ospitis : ille uenena colchica
E t qui quid usquam concipitur nefas:
T ractauit : agro qui statuit meo
T e triste lignum : te caducum
I n domini caput immerentis .
Q uid quisq; uitet : nunquam homini satis
C autum est in horas : nauita Bosphorum
P oenus perhorrescit : neq; ultra
C æca timet aliunde fata
Miles sagittas : & celerem fugam
P arthi : & cathænas parthus & Italum
R obur : sed improuisa loeti

V is rapuit : rapietq; gentes.
Q uam poene furuæ regna Proserpinæ
E t iudicantem uidimus Aeacum
S edesq; discretas piorum: &
A eoliis fidibus querentem
S appho puellis de podularibus .
E t te sonantem plenius aureo
A læe plectro .dura nauis
D ura fuge mala :dura belli
V trunq; lacro digna silentio
M irantur umbræ dicere: sed magis
P ugnas : & exactos tyrannos
D ensum humeris bibit auræ uulgus .
Q uid mirum ? ubi illis carminibus stupens
D emittit atras bellua centiceps
A ures & intortis capillis
E umenidum recreantur angues ?
Q uin & Prometheus & Pelopis parens
D ulci laborum decipitur sono :
N eccurat Orion leones :
A ut timidos agitare lyncas .

P rosphonetice tetracolos ad postumum de
celeritate uitæ .

h̄ Eu fugaces posthume posthume
Labuntur anni: nec pietas moram
R ugis & instanti senectæ
A fferet indomitæq; morti.
N on nisi tricenis : quot quot eunt dies .
A mice places illachrymabilem
P lutona tauris : qui ter amplum
G eryonen Titv onq; tristi
C onpescit unda : scilicet omnibus

E nauiganda : siue reges
S iue inopes erimus coloni.
F rustra cruento Marte carebimus
F ractisq; rauis fluctibus adriæ.
F rustra per autumnos nocentem
C orporibus metuemus austrum.
V isendus ater flumine languido
C ocytus errans : & Danaï genus
I nfame damnatusq; longi
S isyphus Aeolides laboris.
L inquenda tellus & domus & placens
V xor : neq; harum quas collis arborum
T e præter inuisas cupressos
V lla breuem dominum sequetur.
A bsumet hæres cecuba dignior
S eruata centum clauibus : & mero
T inget pauimentum superbo
P ontificum potiore coenis.

D e præsentis temporis luxuria queritur :

Am pauca aratro iugera regia
Molles relinquet uulq; latius
E xtenta uisentur Lucrino
S tagna lacu platanusq; cælebs.
E uincet ulmos tum uiolaria : &
M yrtus : & omnis copia narium
S pargent oliuetis odorem :
F ertilibus domino priori.
T um spissa ramis laurea feruidos
E xcludet ictus non ita Romuli
P ræscriptum : & intonsi Catonis
A uspicis ueterumq; norma
P riuatus illis census erat breuis

C ommune magnum nulla decempedis
M etata priuatis opacam
P orticus excipiebat arcton.
N ec fortuitum spernere cespitem
L eges sinebant oppida publico
S umptu iubentes :& deorum
T empla nouo decorare saxo .

A d Grosphum .

O tium diuos rogat in patenti
P rensus ægæo : simul atra nubes
C ondidit lunam : neq; certa fulgent
S ydera nautis .
O tium bello furiosa thrace:
O tium medi pharetra decori
G rosphæ , non gemmis neq; purpura ue
N ale: nec auro .
N on enim gazæ neq; consularis
S ummouet lictor miseros tumultus
M entis : & curas laqueata circum
T ecta uolantes .
V iuitur paruo bene : cui paternum
S plendet in mensa tenui salinum :
N ec leues somnos timor aut cupido
S ordidus aufert .
Q uid breui forte iaculamur æuo
M ulta : quid terras alio calentes
S ole mutamus : patriæ quis exul
S e quoq; fugit :
S candit æratas uitiosa naues
C ura : nec turmas equitum relinquit
O cior ceruis : & agente nimbos
O cior Euro .

Lætus in præsens animus; quod ultra est:
Oderit curare: & amara lento
Temperet risu: nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors Achillem:
Longa Tithonum minuit senectus:
Et mihi forsan tibi quod negarit:
Porriget hora.
Te greges centum: siculæq; circum
Mugiunt uaccæ: tibi tollit hînitum
Apta quadrigis equa: te bis afro
Murice tinctæ
Vestiunt lanæ: mihi parua rura: &
Spiritus graiæ tenuem camoenæ
Parca non mendax dedit & malignum
Spernere uulgus.

Ad Mecoenatem.

c Vr me querelis exanimas tuis:
Nec diis amicum est nec mihi: te prius
Obire Mecoenas mearum
Grande decus columenq; rerum.
Ahte meæ si partem animæ rapit
Maturior uis: quid moror altera?
Nec carus æque nec superstes
Integer ille dies utranq;
Ducet ruiuam: non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus: ibimus
Vtcunq; præcedes: supremum
Carpere iter comites parati.
Me nec chimææ spiritus igneæ:
Nec si resurgat centimanus gigas
Diuellet unquam: sic potenti

Iusticiæ placitumq; parcis :
S eu libra : seu me scorpius aspicit
F ormidolosus . pars uiolentior
N atalis horæ : seu tyrannus
H esperiæ Capricornus undæ :
V trunq; nostrum incredibili modo
C onsentit astrum . te Iouis impio
T utela Saturno refulgens
E ripuit : uolucrisq; fati
T ardauit alas : tum populus frequens
L ætum thæatris ter crepuit sonum .
M e truncus illapsus cerebro
S astulerat : nili Faunus ictum
D extera leuasset : mercurialium
C ustos uirorum . reddere uictimas
A edemq; uoti uam memento :
N os humilem feriemus agnam .

A d quendam nimis gloriantem :

n On ebur neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar.
N on trabes hymetiæ
P remunt columnas ultima recisas
A frica : neq; Attali
I gnotus hæres regiam occupauit :
N ec laconicas mihi
T rahunt honestæ purpuras clientes .
A t fides & ingeni
B enigna uena est : pauperemq; diues
M e petit : nihil supra
D eos laceſſo : nec potentem amicum
L argiora flagito
S atis beatus unicus fabinis .

Truditur dies die:
Nouæq; pergunt interire lunæ:
Tufecanda marmora
Locas sub ipsum funus & sepulchri
Immemor: struis domos.
Marisq; Bais obstrepentis urges
Summouere littora:
Parum locuples continente ripa.
Quid? quod usq; proximos
Reuellis agri terminos? & ultra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens deos
Et uxor & uir sordidosq; natos:
Nulla certior tamen
Rapacis horci sine destinata
Aula diuitem manet
Herum: quid ultra tendis? æquā tellus
Pauperi recluditur:
Regumq; pueris. nec satelles horci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic superbum
Tantalum: atque Tantalī
Genus coercet: hic leuare functum
Pauperem laboribus:
Vocatus atq; non uocatus audit.

Ad liberum patrem

b Acchum in remotis carminā rūpibūs
 Vidi docentem: credite posteri:
Nymphasq; discentes: & aures
Capripedum satvrorum acutas.
Eu ohe recenti mens trepidat metu:

P lenoq; Bacchi pectore . turbidum
L ætatur . eu ohe parce liber
P arce graui metuende thyrso .
F as pernicipes est mihi thyadas
V iniq; fontem lactis & uberes
C antare riuos : atq; truncis
L apsa cauis iterare mella .
F as & beatæ coniugis aditum
S tellis honorem : tectaq; Penthei
D ifiecta non leui ruina
T hracis & exitium Lycurgi .
T u flectis amnes : tu mare barbarum :
T u separatis uuidus in iugis
N odo coerces uiperino
B istonidum sine fraude crines .
T u cum parentis regna per arduum
C ohors gigantum scanderet impia :
R oethum retorlisti leonis
V nguibus horribiliq; mala :
Q uanquam choreis aptior & iocis :
L udoq; dictus : non sat idoneus
P ugnæ ferebaris : sed idem
P acis eras mediusq; belli .
T e uidit insons cerberus aureo
D ecorum cornu : leniter atterens
C audam : & recedentis trilingui
O re pedes : tetigitq; crura .

A llegorice tetracolos ad Mecoenatem .

n On ulitata nec tenui ferar
Penna oiformis per liquidum æthera

V ates : neq; in terras morabor .

L ongius inuidiaq; maior

Vrbes relinquam . non ego pauperum:
Sanguis parentum . non ego quem uocas
Dilecte Mecoenas obibo:
Nec stygia cohibebor unda .
Iam iam residunt cruribus asperæ
Pelles : & album mutor in alitem
Superne . nascunturq; leues
Per digitos humerosq; plumæ.
Iam Dædaleo ocior Icaro
Visam gementis littora bosphori:
Syrtesq; getulas canorus
Ales : hyperboreosq; campos.
Me Colchus : & qui dissimulat metum
Marsæ cohortis Dacus : & ultimi
Noscent Geloni : me peritus
Dilcet hyber : rhodaniq; potor.
Absint inani funere nenix :
Luctusq; turpes : & querimonix.
Conpescite clamorem : ac sepulchri
Mitte superuacuos honores .

QVINTI HORATII FLACCI

CARMINVM LIBER TERTIVS.

Ad choros Virginum & puellarum .

o Di prophanum uulgus : & arceo :
Fauete linguis : carmina non prius
Audita musarum sacerdos
Virginibus puerisq; canto :
Regum timendorum in proprios greges:
Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari giganteo triumpho :



Cuncta supercilio mouentis.
Est ut uiro uir latius ordinet
Arbusta sulcis. hic generosior
Descendat in campum petitor:
Moribus hic meliorq; fama
Contendat. illi turba clientium
Sit maior. æqua lege necessitas
Sortitur insignes & imos:
Omne capax mouet urna nomen.
Districtus ensis cui super impia
Ceruice pendet: non siculae dapes
Dulcem elaborabunt laporem:
Non auium citharæq; cantus
Somnum reducent. somnus agrestium
Lenis uirorum non humiles domos
Fastidit: umbrosamq; ripam:
Non zephyris agitata tempe.
Desyderantem: quod satis est: neq;
Tumultuosum sollicitat mare:
Nec læuus Arcturi cadentis
Impetus: aut orientis hædi:
Non uerberatæ grandine uinæ:
Fundusq; mendax: arbore nuncaquas
Culpante: nunc torrentia agros
Sydera: nunc hævemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altum molibus: huc frequens
Cementa demittit redemptor:
Cum famulis dominusq; terræ
Fastidiosus. sed timor & minæ
Scandunt eodem: quo dominus: neq;
Decedit arata triremi: &
Post equitem sedet atra cura.
Quod si dolentem nec phrygius lapis:

Nec purpurarum sydere clarior
Delinit usus nec falernæ
Vites Achæ meniumq; costum;
Cur inuidendis postibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium:
Cur ualde permutem sabina
Diuitias operosiores?

Ad amicos paranetice tricolos

a Ngustam amice pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & parthos feroces
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamq; sub diuo & trepidis agat
In rebus .illum ex moenibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Pospiciens & adulta uirgo
Suspiret: heu ne rudis agminum
Sponsus laceffat regius asperum
Tactu leonem: quem cruenta
Per medias rapit ira cædes.
Dulce & decorum est pro patria mori:
Mors & fugacem perlequitur uirum;
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poptibus timidoq; tergo.
Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.
Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens imeritis mori
Cælum: negata temptat ire uia:
Coetusq; uulgaris & udam
Spernit humum fugiente penna;

E st & fideli tuta silentio
M erces .uetabo qui Cereris sacrum
V ulgarit arcanæ sub iisdem
S it trabibus : fragilemque mecum
S oluat phaselum . sæpe diespiter
N eglectus incesto addidit integrum :
R aro ante cedentem scelestum
D eseruit pede poena claudo.

Laus iustitiæ secundum stoicos ad musas
de Augusto .

Vstum & tenacem propositi uirum Ioanem .B.
Non ciuium ardor : praua iubentium :
N on uultus instantis tyranni
M ente quatit solida : neque auster
D ux inquieti turbidus Adriae
N ec fulminantis magna manus Iouis .
S i fractus illabatur orbis :
I npavidum ferient ruinæ .
Hac arte Pollux & uagus Hercules
I nnixus arces attingit igneas .
Q uos inter Augustus recumbens
P urpureo bibit ore nectar .
H ac te merentem Bacche pater tuæ
V exere tigres indocili iugum
C ollo trahentes : hac Quirinus
M artis equis acheronta fugit
G ratum elocuta consiliantibus
I unone diuis : Ilion Ilion
F atalis incestusque iudex :
E t mulier peregrina uertit
I n puluerem : ex quo destituit deos
M ercede pacta Laomedon mihi

Castæq; damnatum Mineruæ.
Cum populo fraudulento & duce:
Iam nec lacænæ splendet adulteræ.
Famosus hospes nec Priami domus
Pariura pugnaces achiuos
Hectoreis opibus refringit
Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum resedit. protinus & graues
Iras & inuisum nepotem:
Troica quem peperit sacerdos:
Marti redonabo. illum ego lucidas
Inire sedes discere nectaris
Sucus & adscribi quietis
Ordinibus patiar deorum:
Dum longus interfæuiat Ilion
Romaniq; pontus: qualibet exules
In parte regnante beati:
Dum Priami Paridisq; busto
Insultet armentum & catulos feræ
Celent inultæ: stet capitolium
Fulgens triumphatisq; possit
Roma ferox dare iura mædis.
Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras: qua medius liquor
Secernit Europen ab afro.
Qua tumidus rigat arua nilus:
Aurum irrepertum: & sic melius situm:
Cum terra celat spernere fortior.
Quam cogere humanos inuisus
Omne sacrum rapiente dextra
Quicunq; mundo terminus obstitit:
Hunc tanget armis uisere gestiens
Qua parte debacchentur ignes:
Qua nebulæ pluuiiq; rores

Sed bellicosis fata quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pii
Rebulq; fidentes auita
Tecta uelint reparare Troia:
Troia renascens alite lugubri,
Fortuna tristi clade iterabitur
Ducente uictrices cateruas
Coniuge me Iouis & sorore.
Ter si resurgat murus aeneus
Auctore phoebo: ter pereat meis
Excisus argiuis: ter uxor
Capta uirum: puerosq; ploret.
Non hoc iocosa conueniet lyra:
Quo musa tendis? desine peruicax
Referre sermones deorum:&
Magna modis tenuare paruis.

Hymnus ad Musas

Escende caelo: & dic age tibia
Regina longum Caliope melos
Seu uoce nunc mauius acuta
Seu fidibus cithara ue phoebit.
Auditis? an me ludit amabilis
Infantia. audire. & uideor pios
Errare per lucos amoena
Quos & aquae subeunt: & aurae.
Me fabulosa uulture in apulo
Aetricis extra limen Apuliae
Ludo fatigatumq; somno:
Fronde noua puerum palumbes
Texere mirum quod foret omnibus:
Quicumq; celsae nidum acheruntiae
Saltusq; Bantinos & aruum

Pingue tenent humilis ferenti.
Vt tuto ab atris corpore uiperis
Dormirem & ursis : ut premerer sacra
Lauoq; collata myrto .
Non sine diis animosus infans :
Vester camoenæ : uester in arduos
Tollor sabinos : seu mihi frigidum
Præneſte : seu tibur ſupinum
Seu liquidæ placuere baiæ :
Vestris amicum fontibus & choris :
Non me philippis uerſa acies retro :
Deuota non extinxit arbor :
Nec ſicula Palinurus unda :
Vt cunq; mecum uos eritis : libens
Inſanientem nauita boſphorum
Temptabo : & arentes harenas
Littoris aſſyrii uiator :
Viſam britannos hoſpitibus feros :
Et lætum equino ſanguine Concanum :
Viſam pharetratos gelonos
Et ſcythicum inuiolatus amnem :
Vos Cæſarem altum : militia ſimul
Feſſas cohortes abdedit oppidis :
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro .
Vos lene conſilium & datis : & dato
Gaudetis alme . ſcimus ut impios
Titanas : immanemq; turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco :
Qui terram inertem : qui mare temperat
Ventosum : & urbes : regnaq; triſtia
Diuoſq; mortalesq; turmas
Imperio regit unus æquo .
Magnum illa terrorem intulerit Ioui

F idens iuuentus horrida brachiis:
F ratresq; tendentes opaco
P elion imposuisse olympo.
S ed quid typhoeus & ualidus Minas
A ut quid minaci porphyriion statu:
Q uid rhoetus: euullisq; truncis
E nceladus iaculator audax
C ontra sonantem palladis agida
P ossent ruentes: hinc audus stetit
V ulcanus: hinc matrona Iuno: &
N unquam humeris positurus arcum:
Q ui rore puro, castaliae lauit
C rines solutos: qui lyciae tenet
D nymeta: natalemq; syluam
D elius & patareus Apollo:
V is consilii expers: mole ruit sua.
V im temperatam dii quoq; prouehunt
I n maius: idem odere uires
O mne nephas animo mouentes:
T estis mearum centimanus gigas
S ententiarum: notus & integrae
T emptator orion diana
V irginea domitus sagitta:
I niecta monstris terra dolet suis:
M aretq; partus fulmine luridum
M istos ad horcum: nec peredit
I mpositam celer ignis aetnam:
I ncontinentis nec Tityi iecur
R elinquit ales nequitiae additus
C ustos: amatorem trecentae
P erithoum cohibent catena.

A d Augustum Caesarem.

Aelo tonantem credidimus Iouem
Regnare: præfens diuus habebitur

Augustus adiectis britannis
Imperio grauiusq; persis:
Miles ne Crassi coniuge barbara,
Turpis maritus uixit: & hostium
(Proh curia inuersiq; mores)
Consenuit socerorum in armis
Subrege medo: Marfus & Apulus
Anciliorum & nominis & togæ
Oblitus æternæq; Vestæ
Incolumi Iouë & urbe Roma.
Hoc cauerat mens prouida Reguli,
Dissentientis conditionibus
Fœdis: & exemplo trahentis
Perniciem ueniens in æuum:
Si non periret immiserabilis
Captiua pubes. signa ego punicis
Affixa delubris & arma
Militibus sine cæde dixit
Direpta uidi: uidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero
Portasq; non clausas & arua
Marte coli populata nostro.
Auro repensius scilicet acrior
Miles redibit: flagitio additis
Dammum. neq; amissos colores
Lana refert medicata fucos:
Nec uera uirtus cum semel excidit:
Curat reponi deterioribus:
Si pugnat extricata densis
Crua plagis: erit ille fortis
Qui perfidis se credidit hostibus:
Et Marte poenos proteret altero

Q ui lora restrictis lacertis
S en sit iners: timuitq; mortem?
H ic unde uitam sumeret inscius
P acem duello miscuit: o pudor:
O magna Carthago probrosis
A ltior Italiae ruinis.
F ertur pudicæ coniugis osculum
P aruosq; natos: ut capitis minor
A b se remouisse: & uirilem
T oruus humi posuisse uultum:
D onec labantes consilio patres
F irmaret auctor: nunquam alas dato
I nterq; mærentes amicos.
E gregius properaret exul:
A t qui sciebat: quæ sibi barbarus
T ortor pararet: non aliter tamen
D imouit obstantes propinquos
E t populum reditus morantem:
Q uam si clientum longa negotia
D iudicata lite relinqueret:
T endens uenafranos in agros
A ut lacedæmonium Tarentum.

A d Romanos omnis paranetice.

r Elicta maiorum immeritus lues
R omanc: donec templa refeceris:
A edesq; labentes deorum: &
F oeda nigro simulacra fumo:
D iis te minorem quod geris: imperas.
H inc omne principium: huc refer exitum.
D ii multa neglecti dederunt
H esperiæ mala luctuosæ,
I am bis Monefis & Pachori manus

Non auspicatos contudit impetus
 Nostros. & adiecisse prædam
 Torquibus exiguis renidet
 Pœne occupatam seditionibus
 Deleuit urbem dacus & æthiops
 Hic classe formidatus: ille
 Missilibus melior sagittis:
 Fœcunda culpæ sæcula: nuptias
 Primum inquinare & genus & domos:
 Hoc fonte deriuata clades
 In patriam: populumq; fluxit.
 Motus doceri gaudet ionicos
 Matura uirgo: & fingitur artibus
 Iam nunc: & incestos amores
 De tenero meditatur ungui.
 Mox iuniores quærit adulteros
 Inter mariti uina: neq; eligit
 Cui donet impermissa raptim
 Gaudia luminibus remotis
 Sed iussa coram non sine conscio
 Surgit marito: seu uocat institor:
 Seu nauis hispanæ magister
 Dedeorum pretiosus emptor:
 Non his iuuentus orta parentibus
 Infecit æquor sanguine punico.
 Pyrrhumq; & ingentem cecidit
 Antiochum: Annibalemq; dirum:
 Sed rusticorum mascula militum
 Proles: sabellis docta ligonibus
 Versare glebas: & seueræ
 Matris ad arbitrium recisos
 Portare fustes: sol ubi montium
 Mutaret umbras: & iuga demeret
 Bobus fatigatis: amicum

T empus agens abeunte currū .
D amnosa quid non imminuit dies ?
A etas parentum peior auis tulit
N os nequiores mox daturus
P rogeniem uitiosiore.

Ad Asterien.

q Vid fles asterie : quem tibi candidi
Primo restituent uere fauonii
T hyna merce beatum .
C orstanti iuuenem fide
C ygen : ille notis actus ad Oricum
P ost insana capræ sydera frigidas
N octes non sine multis
I nsomnis lachrymis agit.
A tqui sollicitæ nuncius hospita
S ulpirare Cloen & miseram tuis
D icens ignibus uri,
T emptat mille uaser modis:
V t Proetum mulier perfida credulum
F alsis impulerit criminibus nimis
C asto Bellerophonti
Maturare necem refert.
N arrat poene datum Pelea Tartaro:
M agnessam Hippolyten dum fugit
A bstinens : & peccare docentes
F allax historias monet,
F rustra : nam scopulis surdior Icaro
V oces audit adhuc integer : at tibi
N ec uicinus Enipheus
P lus iusto placeat : caue:
Q uanuis non alius flectere equum sciens
A eque conspicitur gramine martio.

Nec quisquam citus æque
Tusco denatat alueo:
Prima nocte domum claudere neq; in uias
Sub cantu querulæ despice tibiæ:
Et te sæpe uocanti
Duram difficilis mane.

Ad Mæcœnatem.

Artis cælebs quid agam kalendis:
Quid uelint flores & acerra thuris
Plena miraris positusq; carbo in
Cespite uiuo.
Docte sermonis utriusq; linguæ
Uoueram dulces epulas & album
Libero caprum prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies anno redeunte festus
Corticem astrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere instituræ
Coniule Tullo.
Sume Mæcœnas cyathos amici
Sospitis centum; & uigiles lucernas
Perfer in lucem procul omnis esto
Clamor & ira.
Mitte ciuiles super urbe curas:
Occidit daci Cotisonis agmen:
Medus infestus sibi luctuosus
Dissidet armis.
Seruit hispanæ uetus hostis oræ
Cantaber sera domitus catena.
Iam scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens ne qua populus laboret.

P arce priuatus nimium cauere:
D ona præsentis cape lætus horæ:
L inque seuera .

Ad illos qui in amore sunt instabiles .

d Onec gratus eram tibi
Nec quisquam potior brachia candidæ

C eruici iuuenis dabat:

P erfaram uigui rege beator .

D onec non alia magis

A xlisti : neq; erat Lydia post Cloen

M ulti Lydia nominis:

R omana uigui clarior Illia .

M e nunc thressa Cloe regi†

D ulces docta modos & citharæ sciens:

P ro qua non metuam mori:

S i parcent animæ fata superstiti .

M e torret face mutua

T hurini Calais filius Orniti:

P ro quo bis patiar mori ;

S i parcent puero fata superstiti .

Q uid ? si prisca redit Venus :

D iductosque iugo cogit aheneo :

S i flaua excutitur Cloe :

R eiectæq; patet ianua Lydiæ ?

Q uanquam sydere pulchrior

F lle est : tu leuior cortice & improbo

I racundior Adria:

T ecum uiuere amem : tecum obeam libens

A d quenlibet adulterum *Agistum* .

e Xtremum Tanaim si biberes Lyce
Sæuo nupta uiro : me tamen asperas
P orrectum ante fores obiicere incolis
P lorares aquilonibus.
A udis quo strepitu ianua quo nemus
I nter pulchra situm tecta re mugiat
V entis : & positas ut glaciet niues
P uro numine Iupiter .
I ngratam Veneri pone superbiam :
N ec currente retro funis eat rota .
N on te Penelopen difficilem procis
T yrrhenus genuit parens .
O quanuis neq; te munera nec preces :
N ec tinctus uiola pallor amantium:
N ec uir pieria pellice saucius
C uruat : supplicibus tuis
P arcas : nec rigida mollior æsculo :
N ec mauris animo mitior anguibus :
N ec hoc semper erit liminis aut aquæ
C aelestis patiens latus.

Prosphonetice Mercurio Lyræq;

m Ercuri nam te docilis magistro
Mouit Amphion lapides canendo :
T uq; testudo resonare septem
C allida neruis :
N ec loquax olim neq; grata : nunc &
D iuitum mensis : & amica templis :
D ic modos Lyde quibus obstinatas
A pplicet aures .
Q uæ uelut latis equa trima campis :
L udit exultim : metuitq; tangi
N uptiarum expers : & adhuc proteruo

C ruda marito :
T u potes tigres comitesq; syluas
D ucere: & riuos celeres morari.
C essit immanis tibi blandienti
I anitor aulae
Cerberus: quanuis furiale centum
M uniant angues caput eius: atque
S piritus teter saniesq; manet
O re trilingui.
Q uin & Ixion Tityosq; uultu
R isit inuito: stetit urna paulum
S icca dum grato Danaï puellas
C armine mulces:
A udiat Lyde scelus atque notas
V irginum poenas: & inane lymphæ
D olium fundo pereuntis imo
S eraq; fata.
Q uæ manent culpas etiam sub horco
I mpiæ: nam quid potuere maius
I mpiæ: sponfos potuere duro
P erdere ferro.
V na de multis face nuptiali
D igna periurum fuit in parentem
S plendidæ mendax: & in omne uirgo
N obilis æuum:
S urge: quæ dixit iuueni marito:
S urge: ne longus tibi somnus: unde
N on times: detur: socrum & scelestas
F alle sorores.
Q uæ uelut naclæ uitulos lænæ
S ingulos heu heu lacerant: ego illos
M ollior: nec te feriam: neq; intra
M laustra tenebo.
MC e pater sæuis honeret catenis:

Q uod uiro clamens misero peperci .
M e uel extremos numidarum in agros
C lasse releget .
I pedes quo te rapiunt & auræ:
D um fauet nox & Venus : I secundo
O mine : & nostri memorem sepulchro
S culpe querelam .

Paranetice ad Neobolen

m Iserarum est : neque amori dare ludum :
Necq; dulci mala uino lauere : aut ex
A nimari metuentes patrum uerbera linguæ:
T ibi qualum cythereæ puer ales
T ibi telas operosæq; Mineruæ
S tudium aufert Neobole liparei nitor hebrei :
S imul unctos thyberinis humeros la
V it in undis : eques ipso melior Bel
L orophonte : neq; pugno neq; segnipede uictus .
C atus idem per apertum fugientes
A gitato grege ceruos iaculari : &
C eler alto latitantem fruticeto excipere aprum .

P roseuctice i fontē Blandusium qui ē in Sabinis

o Fons blandusæ splendidior uitro
Dulci digne mero non sine floribus
C ras donaberis hædo :
C ui frons turgida cornibus
P rimis & Venerem & proelia destinant
F rustra : nam gelidos inficiet tibi
R ubro sanguine riuos
L asciui soboles gregis :
T e flagrantis atrox hora caniculæ

Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis uomere tauris
Praebes: & pecori uago.
Fies nobilium tu quoque fontium
Me dicente cauis impositam ilicem
Saxis: unde loquaces
Nymphæ desiliunt tuæ.

Paranetice ciuibus.

h Erculis ritu modo dictus o plebs
Morte uenalem petiisse laurum
Caesar hispana repetit penates
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
Prodeat iustis operata diuis:
Et soror clari ducis: & decorae
Supplice uitta;
Virginum matres iuuenumque nuper
Solpitum: uos o pueri & puellae
Iam uirum expertae male nominatis
Parcite uerbis.
Hic dies uere mihi festus atrax
Eximet curas: ego nec tumultum
Nec mori per uim metuam tenentem
Caesare terras.
Ipete ungentum puer & coronas
Et cadum marsi memorem duelli:
Spartacum si qua potuit uagantem
Fallere testa.
Dic & argutae properet Neherae
Myrrheum nodo cohibere crinem:
Si per inuisum mora ianitorem
Fiet: abito.

L enit albescens animos capillus
L itium & rixæ cupidos proteruæ.
N on ego hæc ferrem callidus iuuenta
C onfule Planco.



Ad Clorin.

u Xor pauperis Ibici
T andem nequitia fige modum tuæ
F amosiq; laboribus
M aturo propior desine funeri.
I nterludere uirgines
E t stellis nebulam spargere candidis:
N on si quid pholoen latis:
E t te Clori decet filia rectius
E xpugnat iuuenum domos
P ulso Thyas uti concita tympano:
I llam cogit amor nothi
L asciaæ similem ludere caprea.
T e lanæ prope nobilem
T onsaæ luceriam non cytharae decent.
N ec flos purpureus rosae
N ec poti uetulam faece tenus cadi:

Hypothetice ad Mecoenatem.

i nclusam Danaën turris ahenea
R obustaeq; fores: & uigilum canum
T ristes excubiae munierant satis
N octurnis ab adulteris:
S i non Acrisium uirginis abditae
C ustodem pavidum Iupiter & Venus
R ilissent: fore enim tutum iter & patens
C onuerso in pretium deo

A urum per medios ire satellites
E t perrumpere amat saxa potentius
I ctu fulmineo .concidit auguris
A rgiui domus ob lucrum
D emerfa exitio .diffidit urbium
P ortas uir Macedo : & subruit æmulos
R eges muneribus munera nauium
S æuos illaqueant duces .
C rescentem sequitur cura pecuniam
M aiorumq; fames iure perhorru
L ate conspicuum tollere uerticem .
M ecoenas equitum decus
Q uanto quisq; sibi plura negauerit :
A b diis plura teret .nil cupientium
N udus castra peto : & transfuga diuitum
P artes linquere gestio .
C ontemptæ dominus splendidior rei :
Q uam si quicquid arat impiger apulus
O ccultare meis dicerer horreis :
M agnas inter opes inops .
P uræ riuus aquæ syluaq; iugerum
P auorum & segetis certa fides meæ :
F ulgentem imperio fertilis Africæ
F allit sorte beatior .
Q uanquam nec calabræ mella ferunt apes .
N ec lestrigonia Bacchus in amphora
L anguescit mihi : nec pinguia gallicis
C rescunt uellera pascuis :
I mportuna tamen pauperies abest .
N ec si plura uelim : tu dare deneges .
C ontracta melius parua cupidine
V ectigalia porrigam .
Q uam si mygdoniis regnum Alvattici
C ampis continuem multa petentibus

D esunt multa : bene est: cui deus obtulit
P arca: quod satis est: manu .

P aranetice ad Aelium Lamiam .

a Eli uetusto nobilis ab Lamo
Q uando & priores hinc lamias ferunt
D enominatos : & nepotum
P er memores genus omne fastos,
A uctore ab illo ducis originem :
Q ui formiarum moenia dicitur
P rinceps : & in nantem Maricæ
L ittoribus tenuisse lyrim
L ate tyrannus. cras foliis nemus
M ultis & alga littus inutili
D emissa tempestas ab euro
S ternet: aquæ nisi fallit augur
A nnosa cornix. dum potes aridum
C ompone lignum . cras genium mero
C urabis: & perco bimestri
C um famulis operum solutis.

P roseuctice ad Faunum deum .

f Aune nympharum fugientium amator
P er meos fines & aprica rura
L enis incedas : abeasq; paruis
A equus alumnis:
S i tener pleno cadit hædus anno :
L arga nec desunt Veneris sodali
V ina cratere: uetus ara multo
F umat odore .
L udit herbofo pecus omne campo ?
C um tibi nonæ redeunt decembres :

F estus in pratis uacat otioso
C um boue pagus.
I nter audaces lupus errat agnos:
S pargit agrestes tibi sylua frondes
G audet inuisam pepulisse fossor
T er pede terram.

Ad Telephum.

q uantum distet ab Inacho
C odrus pro patria non timidus mori
N arras : & genus Aeaci :
E t pugnata sacro bella sub Ilio .
Q uo Chium pretio cadum
M ercemur : quis aquam temperet ignibus ?
Q uo praebente domum : & quota
P elignis caream frigoribus : taces .
D a lunæ propere nouæ :
D a noctis mediæ da puer auguris
M urenæ : tribus aut nouem
M iscentur cyathis pocula commodis .
Q uis musas amat impares
T ernos ter cyathos artonitus petet
V ates . tris prohibet supra
R ixarum metuens tangere gratia
N udis iuncta sororibus .
I n sanire iuuat . cur Bereciuthæ
C essant flamma tibiæ ?
C ur pendet tacita fistula cum lyra ?
P arcentis ego dexteras
O di . sparge rosas : audiat inuidus
D ementem strepitum Lycus :
E t uicina seni non habilis lyco .
S pissa te nitidum coma .

P uro te similem Telephe uespero:
T empestiua petit Cloe:
M e lentus glyceræ torret amor meæ.

Ad Pyrrhum.

n On uides quanto moueas periclo
P yrrhe getulæ catulos leonæ
D ursa post paulum fugies inaudax
P roelia raptor:
C um per obstantes iuuenum cateruas
I bit insignem repetens Nearchum:
G rande certamen tibi præda cedat
M aior an illi.
I nterim dum tu celeres sagittas
P romis: hæc dentes acuit timendos.
A rbiter pugnae posuisse nudo
S ub pede palmam,
F ertur: & leni recreare uento
S parsum odoratis humerum capillis:
Q ualis aut Nereus fuit: aut aquosa
R aptus ab ida.

Ad Coruinum uirum consularem parænetice
ad amphoram.

o Nata mecum consule Manlio.
S eu tē querelas siuegeris iocos,
S eu rixam & insanos amores;
S eu facilem pia testā somnum:
Q uocunq; lectum nomine Massicum
S eruas moueri digna bonodie:
D escende Coruino iubente
P romere languidiora uina.

N on ille quanquam Socraticis madet
S ermonibus : te negliget horridus .
N arratur & prisca Catonis
S æpe mero caluisse uirtus .
T u lene tormentum ingenio admoues
P lærunq; duro . tu sapientium
C uras : & arcanum iocoso
C onsilium retegis lyæo .
T u spem reducis mentibus anxiiis .
V irelq; : & addis cornua pauperi .
P ost te neq; iratos trementi
R egum apices : neq; militum arma .
T e liber & si læta aderit Venus :
S egnisq; nodum soluere gratiæ
V iuæq; producent lucernæ :
D um rediens fugat astra phoebus .

Hymnus in Dianam .

m Ontium custos nemorumq; uirgo :
Quæ laborantes utero puellas
T er uocata audis : adimilq; loeto
D iua triformis .
I mminens uillæ tua pinus esto :
Q uam per exactos ego lætus annos
V eris obliquum meditantis ictum
S anguine donem .

Proseuctice ad Philyren .

c Aelo supinae si tuleris manus
Nascente luna rustica Philyræ :
S i thure plataris & orna
F ruge lares auida q; porca :

Nec pestilentem sentiet Africum
Fœcunda uitis : nec sterilem seges,
Rubiginem . aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno .
Nam quæ niuali pascitur algido
Deuota quercus inter & ilices :
Aut crescit albanis in hærbis
Victima pontificum secures
Ceruice tinguet . te nihil attinet
Temptare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore . deos fragiliq; myrto .
Immunis aram si tetigit manus :
Non sumptuosa blandior hostia
Molliuit auersos penates
Farre pio & saliente mica .

Ad diuites auaros.

i Nactis opulentior
Thesauris arabum & diuitis india
Cementis licet occupes
Tyrrenum omne tuis & mare ponticum :
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira necessitas
Clauos : non animum metu .
Non mortis laqueis expedies caput .
Campestres melius scythæ
Quorum plaustra uagas rite trahunt domos :
Viuunt & rigidi getæ :
Immetata quibus iugera liberas
F ruges & Cererem ferunt .
Nec cultura placet longior annua :
Defunctumq; laboribus

A equali recreat forte uicarius.
I llic matre carentibus
P riuignis mulier temperat innocens.
N ec dotata regit uirum
C oniuix : nec nitido fidit adultero .
D os est magna parentium
V irtus & metuens alterius uiri
C erto foedere castitas :
E t peccare nefas aut pretium est mori .
O quiquis uolet impias
C ædes ad rabiem tollere ciuicam.
S i quæret pater urbium
S ubscribi statuis : indomitam audeat
R efrænare licentiam
C larus post genitis : quatenus : heu nefas,
V irtutem incolumem odimus .
S ublatam ex oculis quærimus inuidi,
Q uid tristes quærimonia ?
S i non supplicio culpa reciditur ?
Q uid leges sine moribus
V anæ proficiunt ? si neq; feruidis
P arsinclusa caloribus
M undi, nec boreæ finitimum latus
D urataq; solo niues
M ercatorem abigunt : horrida callidi
V incunt æquora nauitæ ?
M agnum pauperies obprobrium iubet:
Q uid uis & facere : & pati :
V irtutisq; uiam deserit arduæ.
V el nos in capitolium :
Q uo clamor uocat & turba fauentium :
V el nos in mare proximum
G emmas & lapides aurum & in utile
S ummi materiem mali

Mittamus .scelerum si bene poenitet :
E radenda cupidinis
P rauri sunt elementa: & teneræ nimis
M entes asperioribus
F ormandæ studiis .nescit equo rudis
H ærere ingenuus puer :
V enariq; timet: ludere doctior .
S eu græco iubeas troco
S eu malis uetita legibus alea.
C um periura patris fides
C onfortem socium fallat : & hospites
I ndignoq; pecuniam
H aeredi properet: scilicet improbae
C rescunt diuitiae: tamen
C urtae nescio quid semper abest rei .

Hymnus ad liberum patrem.

q Vo me bacche rapis tui
Plenum : quae nemora aut quos agor i spec²
V elox mente noua : quibus
A ntris egregii Caesaris audiar
A eternum meditans decus
S tellis inserere: & consilio Iouis :
D icam insigne recens: adhuc
I ndictum ore alio. non secus in iugis
E x somnis stupet Euias
H ebrum prospiciens & niue candidam
T hracentiac pede barbaro
L ustratam rhodopen: ut mihi deuio
R ipas & uacuum nemus
M irari libet .o naiadum potens
B accharumq; ualentium
P roceras manibus uertere fraxinos :

N il paruum aut humili modo :
N il mortale loquar: dulce periculū est
O lenae sequi deum :
C ingentem uiridi tēpora pampino.

Ad Venerem.

u Ixi puellis nuper idoneus :
Et militauī non sine gloria.
Nunc arma : defunctumq; bello
B arbiton hic paries habebit :
L aeuum marinae qui Veneris latus
C ustodit: hic hic ponite lucida
F unalia. & uectes. & ar cus
O ppositis foribus minaces.
O quae beatam diua tenes Cyprum: &
M emphin carentem sithonia niue
R egina sublimi flagello
T ange Cloen semel arrogantem.

Ad Galathea.

i Mpios parrhae recinentis omen
Ducat : & praegnans canis, aut ab agro
R aua decurrent lupā lanuino :
F oetaq; uulpes :
R umpat & serpens iter institutum:
S i per obliquum similis sagittae
T erruit romanos. ego quid timebo
P rouidus auspex !
A nte quam stantel repetat paludes
I mbriū diuina auis imminentū:
O scinem coruum prece suscitabo
S olis ab ortu.